



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Lib. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



CIVIS COELI

LIBER PRIMVS

PARADISVS

Visio Clara DEI.

Gradus I.

Visio clara DEI, perfecta representatio DEI.



Uia visio beata est vitalis qua demeretur
sententia DEI. & omnium, quae sunt
in DEO, essentia, videlicet, personarum
& Personarum Divinarum, & à DEO, eorum, loquuntur
a DEO producta sunt in ordine
tate, gratiae & unionis; unde sequitur, quod
DEUS est DEVS, & omnia in essendo: ita Secundo
propter visionem beatificam est DEVS,
& omnia in represen-
tando.

H. Visio

II.

Visio clara Dei, & Essentia Dei.

Quia Beatus videbit in Deo primam perfectionem; & consideratur in Deo, & est Essentia Dei, qua ratio sit à se, in se, & per se: à se, propter independentiam: in se, propter continentiam omnis perfectionis: & per se, propter efficientiam. Etenim omnes res creatæ sunt ab ipsa, & ad ipsam: ab ipsa tanquam à prima causa: ad ipsam tanquam ad ultimam finem.

III.

Visio clara Dei, & attributorum Dei.

Ultra Divinam Essentiam videt Beatus in Deo attributa Divina, & ut docet S. Augustinus, videt attributum unum, & multiplex: ut unum in formalitate & entitate, ut multiplex in virtute. Videt enim simplicissimam Naturam Divinam in seipsa esse infinitam & immutabilem, ac proinde infinitis possibilitibus perfectionibus, infinitisque attributis (si darentur distincta) æquivalentem.

IV.

Visio clara Dei, & Personarum Dei.

Praeter attributa Beatus videbit ineffabile sanctissimum Trinitatis mysterium, unitatem Naturæ in Trinitate Personarum, & Trinitatem Personarum in unitate Naturæ. Non videbit tres & unum, veluti quatuor res; sed tres unum, tanquam tres: quia tres Divinæ Personæ essentialiter sunt ipse Deus, & Essentia non superaddit novam entitatem.

V. Visio

V.

*Visio clara DEI, & CHRISTI
Humanati.*

Quia eadem visione beata videbit Deum Trinum
& Deum Hominem. Deum Trinum, tres Personae
in una Natura; Deum Hominem, duas Naturas in
Persona. Videbit & admirabitur in ineffabili
Incarnationis potentissimam Divini amoris virtutem.

S. Dionys. quia triumphat de Deo amor.

VI.

*Visio clara Dei, & Mariae sanctissimae
Matris eius.*

S. Bern. a- Summa gloria nostra est, O Maria, exclamavit
nardus, post Dominum te videre. Cujus rarioris
puad S. Bona jungit idem mellitius Doctor: quia hoc gloria
*in spec. c. 6. privilegium est, quod quidquid post Deum patitur
S. Bernard. quidquid dulcius, quidquid jucundius in gloria
20. 1. serm. Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam est.
*61. c. 8.**

VII.

*Visio clara Dei, in libro sacrae
Scripturae.*

Quia Beati in Deo videbunt omnia mysteria
Scripturae, omnes sensus litterales & mylticos, &
in omnibus Figuris & Prophetiis. Erit vero in
S. Aug. lib. S. Augustinum, totum illud, quod hic creditur, in
20. de civ. vita conspicietur in Verbo: *Hic credite, & non*
c. 21. Ergo si totum, quod continetur in sacra Scriptura
creditur aut fide explicita & distincta, aut fide
cita & confusa, hoc idem in futura vita clare videbitur
in Deo.

VIII.

Visio clara Dei, in libro Natura.

Videbunt insuper Beati in Deo totum ordinem re-
naturalium, & quod ad species, & quod ad individua,
omniumque seriem Historiarum præteritarum tum sa-
crarum, cum prophætarum, quæ à principio Mundi ad
præsentem statum occurrere: ex futuris verò
cognoscent, quæ ad proprium pertinent statum.
Hæc cognitio perfecta erit & comprehensiva: si qui-
dem clarè cognoscer omnes differentias, proprietates &
relationes cunctorum animalium terrestrium, aqua-
rum, & volatiliùm: nec non historiarum circum-
stantias omnes, loca, tempora, personas: & in hisce
revelatis, veluti in effectibus Creatoris eorum sibi
comparabit.

IX.

Visio clara Dei, in libro Gratia.

Visio Beati extendet se quoque ad omnes effectus
quæ ad visionem beatificam, tanquam ad ultimum
ordinem, ordinatos, quales sunt gratia habitualis, &
habitus & virtutes infusæ, sicut & lumen Glo-
riæ: cognoscat præterea Beatus, quod omnia hæc
sunt in ordine supernaturali Gratia; at non in eo-
dem gradu & perfectione: in infimo namque gradu or-
dinis majus est Gratia, in medio lumen Gloriæ; in su-
periori & summo est visio beata, prout magis minusve
ad dona accedunt ad Deum.

X.

*Visio clara Dei, & pulchritudinis cæli, & loci
materialis Paradisi.*

O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus Baruch. 5,
et non habes finem,
B excelsus

s. Bona. excelsus & immensus. In quo, secundum s. Bonaventuram, quatuor puncta considerari possunt, quæ beatissimam vitam, ut a
to. 2. Diata dibilem Beatis conferunt lætitiâ. Primò, ætèrna felicitas, ut a
salutu. iii. nitas, quam possident. Secundò, lucunda societas, ut a
10. c. 4. regnant. Tertiò, Corporis glorificatio, quam
 Quartò, Mundus, quem contempserunt. Quinò, Deus, quem evaserunt.

X I.

Visio clara DEI, perfecta possessio DEI.

Quia in rebus spiritualibus solum videre potest. Unde cum Deus sit actus purissimus & immutabilissimus, solis potentius spiritualibus intellectibus voluntatis eundem possidere, eodemque gaudio frui possimus. Cujus exemplum habemus in Solis, hæc enim fruimur, hæc possidemus, quo ipsam oculo corporeo spectamus & intuemur si visio clara Dei te beatum efficit in cælo, te beatum efficit in terrâ : unde beatus in cælo, videndo, si primò in terrâ beatus credendo.

X II.

Visio clara Dei, transformatio in Deum.

Perfecta, nimirum, similitudo Dei, non tantum duntaxat, sed etiam objectiva; quia visio beatorum ut nonnulli asserunt, est verus in ago quæ dicitur pura Divinitatis & Trinitatis Dei; unde non est representatio Dei intuitiva, verum etiam reflectiva & cognoscendo seipsam objective, representatio Dei objective. Et valde conveniens est hanc personam imaginis attribueri visioni beatorum.

Lessius de summo bono.

potentia verè ac intrinsecè Deo similis existat :
ut asserit S. Augustinus ; tunc perfecta eris Dei si-
militudo, loquendo etiam de intuitivâ, cum perfecta erit
visio.

S. Aug. 14.
de Trinit.
c. 17. S. 1000

13.

XIII.

Visio clara Dei, comprehensio
Dei.

Non per inclusionem, Deus enim infinitus est, &
incomprehensibilis : sed per assecutionem, quæ à
Gregorio Nazianzeno vocetur habitio : Visio Dei Nazianz.
habitio Dei, & videre Deum est habere Deum : lib. de Beat.
etiam à Theologis appellatur tentio, & corre-
spondet virtuti Spei, quemadmodum Fidei respon-
det virtuti Fidei, & Charitati fruitio. Quapropter de his,
qui sperant in Deo, dicitur : Assument pennas, ut A-
& alarum Spei & Amoris suffragio evolabunt
caelum, in vultum beatificum Divini Solis defuxuri

Isai. 40.

XIV.

Visio clara Dei, merces Bea-
torum.

Quidquid laboras, ad hoc laboras, ut videas, quia S. Aug. in
tota merces. Et quamvis formaliter, & ex natu. à
Visio Dei non dicat aliud, quam videre & repræ-
sentare Deum ; nihilominus considerata juxta suam
agentiam trahit ad se amorem, gaudium & ceteras
bonas perfectiones. Quapropter concludit S. Au-
gustinus : Si visio Dei est tota merces, & omnia
bonum nostrum ; sursum cor, sursum amorem,
sursum spem ad Deum
dirigamus.

Psal. 90.

XV.

Visio clara DEI, aggregatio omnium bonorum.

i. 50.

Videbis, & affluet, scilicet, omnium bonorum fluentiâ. Et hæc aggregatio bonorum erit triplex generis: primò, bonorum naturalium intrinsecorum quia Deus intellectui & voluntati Beatorum in omnibus scientiis naturales, cunctasque virtutes naturales cum actibus suis: secundò, bonorum extrinsecorum supernaturalium, scientiarum beatitudinis & infusarum, fruitionis & gaudij: tertio, bonorum extrinsecorum, excellentiæ loci, Societatis Sanctorum, & negationis remotionisque omnium culpæ & pœnæ.

XVI.

Visio clara Dei, in summo gradu ordinis Supernaturalis.

Quia tam Gratia, quam lumen Gloriæ ordinatur ad visionem, tanquam ad ultimum finem. Unde visio est qualitas quædam supernaturalis & distinctiva, Gratia verò & Gloria sunt qualitates naturales habituales, & visio est ultimum complementum & perfectio tum luminis Gloriæ, tum luminis Gratiæ. Unde trium harum formatio est visio, veluti dictum est supra.

XVII.

XVII.

Visio clara Dei, æquivalens omni cognitioni.

Quia in se virtualiter representat hæc tria intellectus judicicia. Primum: Deus est primum principium, à quo omnia dependent. Secundum: Deus ultimus finis, ad quem omnia referenda sunt. Tertium: Deus est summum & infinitum bonum supra omnia diligendum. Et hos tres actus intellectus subiciuntur tres actus voluntatis: primus est actus accipiendi à manu Dei omnia: Secundus est actus remunerandi omnia creata ad Deum tanquam ad ultimum finem. Tertius est actus amoris actualis Dei super omnia.

XVIII.

Visio clara Dei, Beatitudo nostra.

Hæc enim consistit in quadam perfectissimâ operatione perfectissimæ cujusdam potentie circa objectum perfectissimum, qualis est visio beatifica. Quia hæc est cognitio abstractiva imperfecta; sed intuitiva perfectissima, & intellectus ut potentie, & Dei, ut objecti perfectissimi. In hac vitâ habemus perfectionem operantiarum & objecti; at quia non habemus perfectionem cognitionis non sumus beati.

XIX.

Visio clara DEI, Bonum increatum.

Quia Beatitudo est bonum perfectum, quod totum appetitum, alioquin non esset ultimum, si adhuc restaret aliquid appetendum.

B 3

Ergo

ergo beatitudo nostra necessario debet esse bonum
 creatum, veluti est beatitudo nostra non formata
 sed objectiva. Quidquid enim creatum est, com-
 bonum finitum & limitatum, beatos nos efficit
 quit, satiando & quietando totaliter nostrum appeti-
 tum. At Deus, infinitum & increatum bonum, quod
 s. Thomas. sariatque nostrum intellectum, ut universale
 & omne verum: & sariat voluntatem ut universalem
 bonum & omne bonum.

XX.

*Visio clara Dei, summa communicatio
 Dei.*

Duz sunt principales communicationes Dei ad
 & utraque summa est. Prima, personalis in vita
 humana Christi. Secunda, objectiva in patria
 creata Beati. Et, ut pretereamus primam, hanc
 est summa & infinita: quia in ea communicatur
 Deus sine aliqua limitatione & modo quodam
 perfectissimo, per intimam ac perfectissimam unionem.
 Et, pro expositione excellentie ac prerogative
 communicationis, describit eam Spiritus sanctus
 figuris & symbolis fluminis & torrentis. *Ecce quod
 clunabo super eam quasi fluvium pacis. & quasi
 riuus inundantem gloriam. Me communicabo in
 Deus, anime sancte in paradiso plenitudine
 gaudij, abundantie aquarum similis, magna
 continentis Glorie fluvium, in quo subiacet
 Beatus felix & sariatus rema-
 nebit.*



Amor ardens Dei, amor complacentia.

Quia maiorem Beatus percipit gloriam, cum placet sibi in gloriâ Dei, quam dum complacet sibi propria. Si quidem in illa gaudet bono quod est immenso, infinito & increato: in hac vero gaudet bono finito & creato. Beatus igitur in hoc sibi comitatur & gaudet, Deum esse id, quod est in se, primum & independens, primum principium & ultimum omnium rerum, summus epilogus, ac perfectio omnium compendium.

XXIV.

Amor ardens Dei, benevolentia Dei.

Quia si amare est velle bene amico, in dicitur Beatus, qui sunt veri amici Dei, bene volunt Deo, cum vult à Deo possideri omnia bona & intrinsecas perfectiones quibus præditus est. Et si velle Beati esset efficax, hoc ipso actu certo quodam modo mutuum & par recipit à Deo: daret namque, quod recipit à Deo, Deum recipit à Deo, & Deum daret Deo.

XXV.

Amor ardens Dei, beneficentia Dei.

Etenim perfectio amoris non consistit tantum in voluntate: verum etiam in opere, non tantum in affectivus, sed etiam effectivus. Quamobrem totum quod facit Beatus, ordinat ad finem gloriæ Dei. Quamvis Deus haud sit capax augmenti intrinsecarum perfectionum, attamen gloriæ extrinsecæ capax est.

unde cum Beatus nequeat Deo benefacere in^{tr}insecè,
beneficit ei extrinsecè, dando ei semper honorem &
gloriam in omnibus rebus.

XXVI.

Amor ardens Dei, transformatio in Deum.

Res autem revelatâ facie gloriam Domini specu- *Apost. 2.*
latis in eandem imaginem transformamur. Quo- *Cor. 3.*
modo perfectus amor facit extasim, secundum Dio- *S. Dionys.*
scipum, quæ est transformatio in rem amatam: non *Areop.*
substantialis, sed accidentalis: non secundum natu-
ram, sed secundum mores, inclinationem, & amorem.
unde dicebat S. Augustinus: Si terram amas, terra
est: Si Deum, Deus es, vestiendo te attributis &
perfectionibus DEI: & talis quisque est, qualis est
in amor.

XXVII.

Amor ardens Dei, Deificatio Beati.

Quia omnis forma subjectum, quod informat, de-
nominat secundum suam naturam: veluti lux subje-
ctum, quod informat, facit ac denominat lucidum.
Similitudo igitur, tanquam forma perfectissima, Beatum,
in quo ea reperitur mediante lumine gloriæ, certo quo-
modo efficit ac denominat Divinum ac Deifica-
tum, & tanquam alterum Deum. Et hoc inferre vo-
luit Apostolus illis verbis: Qui coheret Deo, unus *1. Cor. 6.*
est cum Deo est. Unde ex spiritu creato animæ
& ex spiritu increato Dei fit unus solus spiritus:
namque eorum id, quod per essentiam & secundum esse
participatum est in Deo, in Beato est in esse dependenti
participato.

XXVIII.

Amor ardens Dei, Conversatio in Deum.

Non realiter, & per viam effectus, id enim impossibile, sed per viam affectus: quia propter mentiam amoris vellet Beatus, si possibile esset, & in affectu se convertere in Deum: & per viam unionis: adeo namque per amorem est ablerat Deum, & in abyssum Divinitatis immersus, ut quasi oblitus non videat, non gustet, ne audiat quàm Deum. Unde anima videtur esse, non anima, sed alius quidam Deus: veluti solet esse in aëre, ubi nonnunquam nubes rotulenta, percussa, & illuminata à Sole, videtur esse magis alium solem.

S. Bern.

XXIX.

Amor ardens Dei, ultimus finis Beati.

Quia est creatus ad amandum Deum, idcirco se esse in perfecta unione: quia amar ad unum, unicum solum sortitur finem. Et non solum est affectiva, sed realis, conformiter petebat Christus: *Sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, & in unitate gloria & beatitudinis*: enimvero ex deo gloria & beatitudo objectiva, propria Deo, communicatur etiam Beato. Unde, quemadmodum unum habent amorem communem, ita & unum gaudium, unam beatitudinem: vicijus anima, esto receptiva esse humanum, non tamen humano, sed Divino more vivit, judicat, & sentit.

XXX.

*Amor ardens Dei, mutua unio & mansio
Dei in Beato, & Beati in Deo.*

Juxta dictum S. Joannis Apostoli: *Qui manet in 1. Joan. 6. 4.*
in Deo manet, & Deus in eo. Quod intel-
ligitur per viam cognitionis, & per viam amoris; per
viam cognitionis, quia in quantum Beatus apprehendit
Deum, Deus est in Beato, & in quantum penetrat
in profunda Dei & essentiam Dei, Beatus est in
Deo; & per viam amoris, quia cum Beatus amat
Deum, Beatus est in Deo, & ut amatus à Deo Deus est
in Beato.

XXXI.

*Amor ardens Dei, mors vitalis & Deifica
Beati.*

Quia vivit non jam vita humana, sed Divina. Et si
sicut est dictum illud Platonium: *Amor meretur ubi Platq.*
& vivit, ubi non est. Beatus non vivit in se, sed in
Deo, quia tota ejus cognitio & amor non consistit in se,
sed in transitu ad Deum, ibidemque quiescit. Præterea dici
sunt: *O felicem mortem, quam duæ vitæ sequuntur!*
quæ duplicem causat vitam; unam, in quantum Bea-
tus cognoscit & amat Deum; alteram, in quantum co-
gnoscitur & amatur à Deo.

XXXII.

*Amor ardens Dei, dies natalis Beati
in cælo.*

Quia sicut vi amoris Christus renatus fuit in terris
propter se nostræ Humanitati; ita vigore ejusdem amo-
ris renascitur Beatus in cælis uniens se Divinitati ejus.

Quæ

Quapropter Sancti Patres merito diem mortificationis
larunt diem natalem, diem nativitatis; qui Do-
tus nascitur ad veram vitam, quæ est vita
Gloriæ.

XXXIII.

*Amor ardens Dei, & Zelans honorum
Dei.*

1.2. q. 28.
a. 4.

Quia amare & zelare pari ac simultaneo gradu
bulant, & eadem charitas, quæ desiderat gloriam
prohibet, quantum potest malum contrarium
offensam & injuriam Dei. Et hoc innuunt vocibus

Apoc. 6.

Vindica, Domine, sanguinem nostrum: Cuius

S. Aug. 10.

O Domine, profusores sanguinis nostri. Non

10 append.

tunt vindictam de hominibus; sed de peccato

serm. 35.

mirum, ut Deus destruat peccatum, & salvet
torum.

XXXIV.

*Amor ardens Dei, amor holo-
causti.*

Perfectum cordis humani holocaustum non in
sed in cælo Deo perfecte redditur, ubi totus
affectus, & in habitu, & in actu dedicatur & con-
cratur perpetuè ac continuè laudi DEI. Quo

S. Aug. in

Psal. 50.

obrem Regius Propheta dicebat: Tunc accipietur

sacrificium iustitia: modo sacrificium pro impietate

Spiritu contribulatum & cor contritum, tunc pro

sacrificium laudis solius. Beati etiam, qui habitant in

domo tua, Domine: in secula seculorum

laudabunt te, hoc est sacrificium

iustitia.

XXXV.

*Amor ardens Dei, amor experimentalis
Divina dulcedinis.*

Aliud est, juxta S. Bonaventuram, *scire naturam* aliquid; aliud *gustare & experiri dulcedinem mellis*. Eodem modum, aliud est intelligere per viam rationis, quænam sit natura Divinæ bonitatis: aliud vero gustare & experiri per viam amoris ejus in medio. Beatus in paradiso totus immersus hæret in immenso Divinæ dulcedinis Oceano, veluti apis tota se in favo immersa est, aliud non spectat, non tangit, non gustat aliud nisi mel. O statum felicissimum, O statum beatissimum, O statum infinitæ dulcedinis, æternæ beatitudinis, immensi gaudij!

XXXVI.

Amor ardens Dei, status perfectissimus.

Duos status sibi vindicat Charitas: unum imperfectum in hac vitâ cum unione habitus & actus fidei; alterum perfectum in alterâ vitâ cum unione luminis gloriæ & visionis beatificæ. Etenim charitas est perfecta amicitia inter Deum & hominem: ergo connaturata ei debetur lumen Gloriæ & visio beata, quæ charitati præsens conversatur cum Deo, eodemque modo & fruatur. Idem dicendum est de Gratiâ: in primo statu vitæ hujus unita est cum Charitate modo imperfecto: in secundo statu alterius vitæ unitur cum Charitate perfecta & consummata, & cum lumine Gloriæ, & beataque visione, quia Gratia est participatio Naturæ, uti est in seipsâ. Ergo quemadmodum connaturaliter debetur amor, lumen & cognitio suæ Naturæ; ita Gratia proportionaliter certum modum debet *ius*, & exigentiam naturalem amoris, quæ ac visionis beatæ.

XXXVII.

Amor ardens in actu perfectissimi.

Quoniam actus amoris cujuslibet Beati est altissimus & intensissimus, superatq; omnem altitudinem Sanctorum hujus vite, tametsi hillos in gradu & intensione habitus Charitatis. Ratio actus amoris correspondent actibus cognitionis, sicut visio clara Dei sine comparatione excelsionem obscuram Fidei; ita amor Patrie, respondet visioni, superat amorem vite, proportionem cognitioni illius.

2.2. q. 24.
n. 7.

Amor ardens Dei, & à Deo.

Postquam enim Propheta asseruit Sanctorum ad instar carbonum accensorum existere: *Ezech. c. 1. ignis ardentis*, reddit ejus rationem dicens: *Et succensi sunt ab eo, scilicet à Deo, ignem hunc accensum à Deo recipiunt: & carbones ardentis accensi ardent in se: quia accensi à Deo in fortitudine cognitionis, ejusdemque infinitate pulchritudinis, ardoris, ardent in se. Quod si igitur, anima non vino ardere desideras amore, Ad Deum in caritate accedito: ad Deum, qui ignis ardens & caritas, fugito: ardet in se, & accenditur, qui humilitate eundem accedit.*

Amor ardens Dei, in propria sphaera.

Ignis noster materialis naturalem suam sphaeram cum in sphaera elementari sub celo: & ignis spiritus proprium sortitur centrum supra cetera in sphaera

castia Dei. *Vivit Deus, cujus ignis est in Sion, & ca-*
pitulum in Jerusalem. Quia de causa amor Beati in caelo, *D. Tbo. 2. op.*
de dilect.
 in loco connaturali, quinque comprehendit con-
 ditiones nobilissimas: Prima est, amor Beati in caelo
 in materia nobilis; quia Beati pure amant Deum,
 neque quicquam aliud eum Deo, aut extra Deum amat.
 Secunda, est in forma cognoscibilia; quia amant & co-
 gnoscunt se amare. Tertia, in quantitate magna; juxta
 naturam cognitionis. Quarta, in virtute inextin-
 guibile; quia est impeccabilis. Quinta & ultima, in
 ordine stabilis, stabilis in intensione; quia est immuta-
 bilis & invariabilis.

XL.

*Amor ardens DEI, in nube &
caligine.*

Quamvis Beatus clarè cognoscat Deum, ardentè
 eundem amet; nihilominus Divinæ nubi & caligini
 contentus esse dicitur; quia infinitam cognoscibilitatem
 & amabilitatem Dei haud cognoscit: tùm etiam
 naturam non comprehendit Deum, neque eum quasi
 cognoscere dicitur, comparatione Dei præsertim, qui
 clarè cognoscit amatque seipsum cognitione & amo-
 re comprehensivò. Et in hac incognoscibilitate & in-
 comprehensibilitate gaudet Beatus, admiraturque Di-
 vine excellentiam & magnitudinem, quæ tamen si
 clarè cognoscat amerique, infinites tamen re-
 spectu adhuc cognoscibilis & amabilis, veluti se co-
 gnoscit & amat Deus, seipsum comprehendens. Et
 incomprehensibilitas respectu Beati, veluti invisibilis
 respectu nostrî, dicitur caligo, in qua habitat
 Deus. *Pollicitus es, Domine, habitare in caligine, 2. Paralip.*
6. 6.
*quasi nubes quædam te circumdat. Et, Nubos ejus
 caligo in circuitu ejus.* Quam ob causam te quidem
 videmus; at clarè comprehendere haud
 possumus.

PARA-

PARADISUS

Gaudium immensum DEI

XLI.

*Gaudium immensum Dei clare cognoscitur
& ardentius amatur.*

EX beato Dei aspectu, beatoque ejus amore beatorum quoque procedit gaudium, quod est summam dulcedo, infinita suavitas, æterna delectationis, infinitæ & æternæ pulchritudinis, dulcedinis & bonitatis increatæ DEI: O gaudium summum, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium.

S. Augustinus
Soliloq. 35.

XLII.

*Gaudium immensum Dei, summi ac perfectissimi
amoris pariter dulcissimum.*

Quis gaudium est effectus charitatis, nascitur ex præsentia rei amatæ in voluntate: quemadmodum præsentia saporis generatur delectamentum in bene affecto: unde sequitur, gaudium, cum sit proprietas naturalis amoris, non esse liberum delectationem ex seipso; sed in sua causa duntaxat, quæ est hujus & non alterius vitæ. Considera, si mei dulcedinis uniretur palato, sine dubio infinitum delectamentum in eo causaret; pari ratione dulcedo infinitæ pulchritudinis Dei, quæ est voluntatis Beati, causabit in eodem infinitam voluptatem & suavitatem.

XLIII.

XLIII.

Gaudium immensum Dei; Summa pax & quies Beati.

Quemadmodum enim ab amore generatur gaudium, ita à gaudio suam trahit originem quies, quæ quædam desiderij cessatio: unde gaudium non est nisi quies, consistens solum in privatione motus; quæ est positiva quædam vitalis operatio voluntatis, quæ sibi complacet & oblectatur in re amata, quam satisfactionem subsequitur quies, quæ est privatio & cessatio motus & desiderij. Gaudet igitur Beatus in Deo, gaudentes magnam quandam percipit pacem & quietem: quia gaudentes infinito isto bono, extra illud habere non requirit alterius boni desiderium.

XLIV.

Gaudium immensum Dei, proveniens ab immenso Divinarum perfectionum Oceano.

Gaudium namque crescit juxta magnitudinem boni operis & amati. Si igitur bonum, quod à Beato concipitur & amatur in Deo, est summum, immensum & infinitum; immensum pariter & infinitum erit gaudium. O immensum bonum, solum & unicum immensum gaudij principium! O immensum gaudium ab infinito solum procedens bono! plus superat omnem gaudium hujus vitæ, quam Oceanus minimam aquæ quantitatem: eam verò hæc multiplicata tandem adæquare, & superare potest Oceanum; at gaudium præsentis vitæ, esto in infinitum cresceret, nunquam tamen gaudium vitæ æternæ attingere poterit: cum hoc sic sit & superioris ordinis, ordinis nempe nobilioris & immensioris.

C

XLV.

*Gaudium immensum Dei, & perfectionum
intrinsecarum Dei.*

Et ista sunt primarium objectum gaudij beati. Et sicut Beatus contemplatur, admiratur, adamat Divinam magnitudinem, & excellentiam, ita contempletur & in infinitum eam gaudet, gaudet immenso esse Essentia, infinito Divinorum attributorum numero, Divinarum Personarum in una Natura purissima, simplicissima distinctioe. Et quemadmodum homo sine comparatione plus amat Deum, quam seipsum, ita sine comparatione plus de Divinis, quam de propriis gaudet perfectionibus.

*Gaudium immensum Dei, & gloriæ
intrinsecæ Dei.*

Et hæc est secundarium objectum gaudij beati & ipsius Beati. Quia gaudet Deum ab hominibus cognosci & amari. Ac primo gaudet de gloria quam recipit à sanctissimâ Christi Humanitate, secundo, à sanctissimâ ejus Matre: tertio ab aliis Sanctis, denique gaudet de manifestatione Divinæ Misericordiæ, quæ celebratur in cælis, & de manifestatione Divinæ Justitiæ, quæ exercetur in Inferno. Et merito contentur Domino, quoniam in æternum Misericordiam ejus in paradiso: & sic etiam in æternum Justitiam in Inferno.

Psal.

*Gaudium immensum Dei, & propriæ gloriæ
Beati.*

Beatus gaudebit etiam de propriâ gloriâ: ac primo de gloria & per Deum, & propter gloriam Dei. Ac primo de gloria

propria gloria essentiali animæ : secundò, de gloria
 materiali corporis : tertio de societate Sanctorum :
 quarto, de pulchritudine, decore, dispositione & orna-
 to Paradisi : quinto & ultimò, quod ab omni culpâ
 liberus, & præsertim ab æternis Inferni tormentis &
 poenis liberum ac exemptum se conspiciat.

XLVIII.

*Gaudium immensum Dei, & gloria
 Proximi.*

In illa scilicet Patria, quemadmodum quilibet Beatus *S. Anselm.*
 gaudebit proximum, sicut seipsum; ita lætabitur & gau- *Prolog.*
 deus de gloria proximi sui, veluti de propria: unde se- *c. 25.*
 rat, quod, prout crescit ipsorum Sanctorum nume-
 rus, accrescat quoque, & multiplicetur gloria & gau-
 dium in quolibet Beato: *Si ergò cor hominis vix capiet*
gaudium suum, quomodo capax erit tot & tantorum gau-
diarum? Hæc igitur lex est charitatis ac gaudij in Para-
 diso: plus amabunt, & gaudebunt de Deo, quàm de se-
 ipso: & de proximo, ut de seipsis: & Deus plus amabit *S. Anselm.*
 eos, quàm ipsi amabunt seipsos. *loc. cit.*

XLIX.

*Gaudium immensum Dei, desideriorum
 complementum.*

Quid enim amas, caro mea? quid desideras, anima *S. Anselm.*
 mea? *ubi est, quidquid amatis, & desideratis.* Totum, *l. cit.*
 enim amare & desiderare potest corpus & anima; in
 corpore habetur cum sufficientia & abundantia maxima,
 rationem reddit S. Bernardus: quia Deus infinitate
 immensitate sua animam Beati, cunctosque sensus ejus
 summam delectatione adimplebit: *Erit enim S. Bern. in*
visu, cithara auditui, mel gustui, balsamum festo omnium
sensuum, sicut desiderabilis tactui.
Sanctorum.

L.

Gaudium immensum Dei, flumen pacis.

Isai. c. 66. Declinabo super eam quasi fluvium pacis. Inquam Deus in Paradiso communicat. Beto, tam safa & abundans est, ut, fluminis instar coelestis combinationis & dulcedinis, totam in se absorbeat beatitudinem; & hæc infinitæ illi immersa suavitate, cetera quod retinet esse creaturæ, incrementum Dei hinc quasi induit & suscipit. O pax Divina, pax

S. Bernar. O pax, in se continens, quæcumque ab omnibus

S. Aug. derantur: & vitam & salutem, & copiam, & hinc
& omnia bona!

LI.

Gaudium immensum Dei, Torrens Gloria.

Isai. c. 66. Declinabo super eam quasi Torrentem inundantem gloriam. Gaudium Beatorum appellatur Torrens gloria; quia sicut torrens est repentina aquarum undatio è cælo descendentiū; ita Gloria Beatorum quædam bonorum omnium congregatio, quæ subito momento quodam Beati replet animam: & descendit, quia ex mera Dei liberalitate donatur: ut ait D. Augustinus, cum Deus remunerat nostram suæ dona coronat.

S. Aug.

LII.

Gaudium immensum Dei, Marcedinis.

Sap. 16. Natura Dei in se essentialiter est dulcedo: Sicut
Dei, dulcedo Dei est: substantia, natura, & cetera

credo, suavis & consolatio per essentiam. Et sicut
 est infinitus in sua essentia; ita infinitus est in
 ordine; vi cuius dicit S. Augustinus: perit quo- S. Aug. in
 modo menti humana & fit Divina. Manebit qui- Psal. 30
 substantia hominis mortalis, subiungit S. Bern. de
 sed sub alia forma immortalis gloriæ, sed dilig. Deo.
 alia formæ, alia gloriâ, alia potentiâ: tota nam-
 transmutabitur in formam, gloriâ & poten-
 Dei.

LIII.

*Gaudium immensum Dei, gaudium in-
 finitum.*

Idem enim gaudium infinitum & increatum Dei
 est etiam gaudium Beati. Unde dicitur in
 in gaudium Domini. Ex quo sequitur, Beatum
 constitutum esse in illo gaudio, ut exponit D. Augusti-
 veluti spongiam in mari constitutam esse videmus,
 non continet mare, sed continetur & absorbetur à
 eodem modum Beatus non capit, nec com-
 perdit tantam gloriâ; sed ab ea continetur & com-
 prenditur. Quapropter Beatus intrat in gaudium, S. Anselm.
 in gaudium in Beatum. Non totum illud gaudium profol. c. 26
 in gaudentes; sed toti gaudentes intrabunt in
 gaudium.

LIV.

*Gaudium immensum Dei, gaudium
 gaudiorum.*

Quia continet in se omnem gaudij rationem & spe-
 Dominus diluvium inhabitare facit, id est, Psal. 28.
 omnia genera bonorum in bonos, & omnia Basl.
 malorum in malos. Dominus faciet, ut in terra
 homo sit veluti submersus in quodam diluvio, ut
 boni affluant omnis generis bonis, & mali
 abun-

S. Bern.

abundant omnis generis malis : quemadmodum in diluvij adeò inundans & abundans est, ut in se totum videatur comprehendere aquas, ac si nulla alia res perficit; ita gaudium Beatorum est omne gaudium. Et, ut contestatur S. Bernardus, *Illa gaudia tam magna sunt quod non possunt mensurari: tam multa sunt quod non possunt finire: tam copiosa sunt, quod non possunt finire.* Quia sunt gaudia innumerabilia, innumerable, infinita, inestimabilia.

LV.

Gaudium immensum Dei, Status
dissimus.

S. August.

Siquidem ibi erit, quidquid delectat, omnia delicia, omnis requies, omne solatium. Omnia quæ quies possibilis, omnis consolatio imaginabilia, in paucis plura complectamur, Qui hoc bene fructu

S. Aug. l.c.

illi erit? quid non erit? quidquid volet, erit; quod

S. Anselm.

quidquid nolet: quia erit in Beato cum immensitate

S. Bonav.

derio plena refectio, plena satietas cum quadam
immesitate.

LVI.

Gaudium immensum Dei, vita
tiissima.

S. Aug.

Eam declarat S. Augustinus per felicitatem in visione Dei, per suavitatem in musica Angelorum, per jucunditatem in societate Sanctorum. *Concedite, quæ sit illa felicitas, Deum facie ad faciem videre, Angelicum audire: quanta jucunditas omnium Angelorum societatem habere. O vita felicissima, jucundissima! Felicissima in Deo, suavissima in Angelis, jucundissima in Sanctis. O felix jucundissima, jucunda felicitas Sanctos videre, esse cum Sancto Sanctum esse!*

LVII.

*Gaudium immensum Dei, stabilimentum
cordis humani.*

Ignis semper in motu est, at quamprimum propriam
sphaeram, quiescit: ita cor nostrum instabile
semper ac inquietum est inter hujus vitae bona; sed, ut
in desiderio potitur Dei, stabilitur & consistit in quietum aeterni
fructus bono. Quare verissima est illa D. Augustini *S. Aug.*
sententia: *Cor humanum in desiderio aeternitatis non fixū,
stabile esse non potest in hac vita; sed semper turbabitur,
commoveretur, agitur à vana passione amoris, & odij: timoris
& spei: laetitiae & tristitiae.*

LVIII.

*Gaudium immensum Dei, & propter
Deum.*

Quemadmodum Deus in seipso, & propter seipsum
est amabilis, terminus & motivum amoris: ita est in se-
ipso & propter seipsum fixibilis, terminus & motivum
concordiae & gaudij. Contrarium est in creaturâ: liqui-
dem ejus amabilitas, ut patet à Deo participata, amabilis
est & delectabilis in seipsa, at non propter seipsam, cum
amatur solùm propter Deum. Et quò magis Beatus *S. Thom.*
amat Deum, gaudet & delectatur Deo propter Deum, *q. 114. c. 36.*
& non propter creaturam aliquam, neque propter se-
ipsum, eò existit beatior. Quia in puritate amoris &
gaudij magis accedit ad Deum.

LIX.

*Gaudium immensum Dei, gaudium sempi-
ternum.*

Quia est gaudium fundatum in aeternitate. *Gau. S. Th.*
in bono Divino, quod est aeternum & invariabile.

C 4

Et

Ioh. 6.6.

Et hoc est illud gaudium nobis promissum à Christo
D. N. (*Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis*) gaudium,
quod non potest auferri, nec amitti, subiectum
mutationi, neque dependens est à creatura
qua, sed à Solo Deo, qui se nobis communicatum
promisit, juramento stabilivit, firmavitque proinde
per totam æternitatem irrevocabili: *Insuffragabili
ravio*, & tanquàm purus Deus, & ut homines
simul, *daturum se nobis*, & per gratiam
gloriam.

LX.

*Gaudium immensum Dei, in æternitate
sine fine.*

Gaudet Beatus in cælo, non in mensura
temporis; sed in duratione æternitatis sine fine.
Quapropter gaudet omnibus bonis, & præteritis
præsentibus, & futuris: siquidem omnia illa
conjungit in se, in mentali æternitatis presentia.
O beatam æternitatem! O felicissimam æternitatem!
O æternitatem, fontem gaudiorum omnium, &
fini gaudij principium! O beatissimos vos Patres
Spiritus, qui, quod agitis, in æternitate operamini
in æternitate amatis, in æternitate gaudetis
in æternitate regnatis
sine fine.



PARADISUS.

Laus DEI infinita.

LXI.

Laus Dei infinita, effectus gaudij.

Ma^r Beatus, gaudetque de immensis Dei divitiis: & ex tali amore & gaudio procedit laus: *Laus Dei Cassiod.*
 in anima refectio, cui nulla similis videtur delectatio:
 procedit ex nimio fervore charitatis, & ex nimia delecta-
 tione ad Deum. Laus Dei est verus cibus animæ, in
 qua delectatur, in illa nutritur, & vivit in æterna beata-
 que vita: quia provenit ex quodam excessu amoris &
 delectationis erga Deum.

LXII.

*Laus Dei infinita, immensum iubilum
 cordis.*

Quia iubilum est canticum laudis, quod conjun- *August.*
 ctum est semper cum gaudio cordis, & ex gaudio *Psal. 32.*
 procedit. Et hæc est laus Beati in cælo, laus in ju- *Idem Ps. 88.*
 bilatione. Beatus populus, qui seip-
 sam laudare Deum & jubilarare Deo: & jubilando
 gaudent, & gaudento jubillant in mari
 quodam immensæ ac perpetuæ
 dulcedinis.

C 5

LXIII

Laus Dei infinita, proprius cultus Dei.

S. Aug.
Psal. 32.

Quia laudare in jubilatione competit solum in bono (quale est Solus Deus) quod significari non potest verbis explicari non potest. Vera laus igitur competit soli Deo, & est cultus solius Dei, ac debetur Deo non potes, tacere non debes: quid restat, nisi ut potes q. d. verbis explicare non potes Majestatem & civitatem ineffabilis Dei, haud tamen eam silentio praeter debes: nil aliud igitur superest, nisi ut cantu & jubilationis dicas Creatori tuo, imiterisque Beatorum caelo, qui in perpetuo gaudiolaudent, cantant ac jubulant Regi suo ac Domino.

Laus Dei infinita, laus continua.

Cassiod.

Sicut enim est continuus, & sine intermissione amor; & continuum est gaudium: quia Beati amoris amant, & gaudent de Deo, & in Deo; ita quoque continua est, qua exalant & glorificant Deum. Haec continuatio laudis non generat fastidium, nec deum: quia laus non tantum est operatio, sed etiam muneratio, & de perceptione muneris nemo laxatur, nec radio afficitur.

Laus Dei infinita, propter id, quod est in seipso.

Psalm.

Primum motivum laudis Dei, quo docentur laudari in caelis, est ipsemet Deus. Confitemini Deo, quoniam bonus. Laudatus & benedictus sit Deus, quoniam bonus, nempe, summè ac infinite bonus in seipso.

est illud Trisagium Seraphinorum caelestium, quo
 laudant Deum & sanctissimam Trinitatem, quia est in-
 ter sancta in se ipsa: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. In quo
 adorabimus sanctos Angelos, & Trisagio Seraphico
 laudemus Trisagium Ecclesiasticum, dicentes: *San-
 ctus, Sanctus, Sanctus: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
 Sancto: Soli Deo honor & gloria*. Et huic adnectemus
 Trisagium Virgini Deiparae dedicatum: *Sancta, S. Bonav.
 Sancta, Sancta: Maria Dei genitrix, Mater & Virgo:
 propter Maria honor & gloria*.

LXVI.

*Laud Dei infinita, propter beneficium
 Creationis.*

Et hoc est secundum motivum laudis Dei, quae exer-
 tur in caelis: *Dignus es, Domine Deus noster, accipere* *Apoe. c. 5.*
*gloriam & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia,
 & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.*

LXVII.

*Laud Dei infinita, propter beneficium Re-
 demptionis.*

Et hoc est tertium motivum laudis Dei, quo moti
 Beati in haec protumunt verba: *Dignus es, Domine,* *Apoe. l. c.*
accipere librum, & aperire signacula ejus, ut in eodem
incipiam reperire laudem & gloriam Tibi, veluti ani-
marum nostrarum Redemptori, debitam; quoniam
creatus es, & redemisti nos Sanguine tuo. Et quemad-
modum Beati in caelo totum suum bonum à sacro-
dotio Passionis mysterio procedere recognoscunt; ita
quoniam cessant laudare Christum, & que referre gra-
tias pro tanto beneficio: quod, nimirum eos Sanguine
suo pretioso redemerit, eisque gratiam & gloriam pro-
meruerit, qua mediante liberi existunt ab omni culpa
& poenâ.

LXVIII.

Laus Dei infinita, laus amorosa.

Amplitudo laudis Dei perfectionem suam æquatur
 à mensura amoris. Tunc magna amplaque laus
 tollimus Deum, quotiescunque ea procedet ex
 amore. Quam ob causam animæ beatæ laudantur
 voce magnâ, id est magno & vehementi amore,
 magna, quæ est vox non oris, sed cordis, & est
 amore ardentis. Etenim Non valet apud Deum
 magnus clamor, sed magnus amor, inquit D. Augustinus.
 Præterea laudant Deum in citharâ aureâ, quod
 idem laudem affectivam & amorosam significat:
 quidem cithara denotat laudis melodiam: & aurea
 indigitat charitatem & amorem, quo laus ipsa
 facienda est.

§. August.

*Laus DEI infinita, occupatio
beata.*

Hoc erit totum negotium nostrum, sine defectu
 Hoc erit in cælo exercitium, totalisque occupatio
 nostra, laudare & glorificare Deum sine fine.
 aliud modò agitur in cælis, quàm quod laudetur
 glorificetur Deus sine intermissione, sine fine.
 opus eorum, laus Dei sine fine, sine defectione, sine labore.
 Omne Beatorum studium positum erit in laudando
 Deum, & hæc laus erit sine fine, sine tædio, sine
 labore. O beatissimam Sanctorum vitam! O
 diffimam occupationem: contemplari, amare, de-
 dare Deum, & unum sine defectu, Alleluia, &
 gloriam decantare Deo sine ulla in-
 terruptione!

§. Aug. Serm.
 liloq. c. 15.

§. Aug. Me-
 dit. c. 25.

*Laus Dei infinita, finis nostræ
Creationis.*

Populum ipsum formavi: laudem meam narrabit: Isai. 45.
 Magnam hunc creaturarum rationalium populum
 me creavi, ut in mea laude decantanda semper sese
 occupet. Enimvero si finis Creationis & Creaturarum
 finis est, qui & Creatoris; sicut igitur finis Dei in
 omnibus rebus non est alius, quam laus & gloria sua,
 mirum, Deus in omnibus laudetur & glorificetur,
 quem quoque Creaturarum finis erit. Ergo Beati in
 celo, cum scotos Divinæ impendunt laudi, conse-
 quuntur ultimum suum finem, qui est eorum beatitudo
 & gloria æterna.

Laus Dei infinita, laus totalis.

Quia voce etiam corporali, instrumentisque mus-
 icæ anima laudem Deo dabit, quando cum corpore
 unita fuerit. Quapropter S. Joannes cœlestem depin-
 xit musicam dixit: *Erat Cithararum citharizan-
 tum in citharis suis: musicorum, inquam, & pulsan-
 tum suavissimè citharas suas. Imò os cuiusque Beati Guiliel.
 sicut citharà chordarum innumerabilium, mira & in- Paris. li. 2.
 comparabilis suavitatis, quæ omnem simul in se compre-
 hendit musicam & melodiam non absimilem ei, quæ
 in vocibus, instrumentisque musicis unitim pulsatis
 sonatur hic in terris.*

Laus Dei infinita, laus simultanea.

Quoniam Beatus cunctas perfectiones Divinas simul
 simulque laudabit ac decantabit, quemadmodum illæ
 simul

simul ac unitim cognoscuntur, simul ac unitim amantur, & non una post aliam. laudabitur Porcariam simul cum Sapientiâ, & hinc cum Misericordia simul & Justitia: & sicut attributa Divina omnia unita sunt & perfectissimè ident sicera uni Essentiæ; ita una voce laudis, unico jubilationis cantico omnia exaltantur & magnificantur.

LXXIII.

Laus Dei infinita, secundum infinitam magnitudinem.

Ps. 144.

Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non est finis. Magnus Deus & magnus laudabilis: quia sicut immensa ejus magnitudo non habet finem; ita nec ulla ponenda est meta & finis laudis ejus. Magnitudo Dei, quæ est Essentia Dei, secundum

Ephes. 3.

Apostolum, quatuor habet partes: largitatem immensitatis, longitudinem æternitatis, sublimitatem altitudinis, & profunditatem incomprehensibilitatis. hoc est laudis exercitium Sanctorum in cælis, laudis Divinam Essentiam, quia est infinita in sublimitate, infinita in æternitate, infinita in altitudine, infinita in incomprehensibilitate. Ad idem laudis exercitium

s. Aug. in Psal. 144.

invitat Apostolus Viatores in terrâ: quia, juxta Augustinum, *Qui laudare non vult in transitu hujus sæculi, obmutescet, cum venerit sæculum sæculi.* Er qui hoc Deo gloriam laudis in tempore, eundem gloriam laudis poterit in æternitate. Unde laus Deo exhibenda a D. Chrysostomo appellatur *suava vita præmiorum seu præludium & principium.*

LXXIV.

Laus DEI infinita, ordinatio Divina.

Unico solummodo præcepto astringuntur Sanctorum in cælis, inquit S. Augustinus, præcepto, nimirum, *Unum*

Præceptum posuit, & non præteribit: Quale
 scriptum dedit Deus Sanctis suis, nisi ut laudent illum? *Psal. 149.*
 quorum hoc est negotium; semper laudare Deum.
 arant, nec temerant Sancti in celo: Hæc sunt ope-
 rificatiis, & ibi nulla necessitas. Non rapiunt,
 pium aliorum bona: Hæc sunt opera iniquitatis,
 ibi nulla iniquitas. Non pascunt esurientes, nec
 resiliunt: Hæc enim sunt opera misericordiae, & ibi
 la miseria. Supposito igitur hoc, quod Beati in para-
 ditu liberi ab omni necessitate, exempti ab omni
 equitate, immunes ab omni miseria; nulla alia eis fu-
 erit occupatio & exercitium, quam semper amare &
 laudare Deum.

LXXV.

*Laus DEI infinita, & à seipsa ada-
 quata.*

Quobus modis Deus laudat se ipsum in celesti Patria.
 modo immediatè: & est gloria & laus Dei adæquata,
 eadem est actus vitalis intrinsecus & increatus Dei,
 qui est ipsemet Deus. Secundò, mediatè, nempe, per
 creaturas, & hæc laus est inadæquata & deficiens, quia
 creatura non tantum laudat Deum, quantum meretur
 laudari, neque Deus eam exigit propter indigentiam
 suam, sed propter utilitatem nostram. Unde laus illa
 dicitur à D. Augustino, *Dei miseratio*, eò quod in no- *Psal. 149.*
 stris relucet utilitatem & emolumentum, ut per illam
 salutem efficiamur, ac in laudando Deum ultimam no-
 stram recipiamus perfectionem, & beatitudinem.

LXXVI.

*Laus Dei infinita, in Deo, & in
 Creaturis.*

Haud sufficit Beatis, ut per seipsos laudent *S. Bon. to. 2.*
 quantum possunt; verum & ad eundem finem, de proc. Re-
 cunctis lig. 7.

cunctas invitant Créaturas. Ac primò Creaturæ in esse naturæ, quia totum id, quod possident, à Deo obtinuerunt: secundò, in esse gratiæ; etenim facta est donum Dei, & ratione huius Deo laudem dantur: tertio, in esse Gloriæ, quia beatitudinem in qua fruuntur in cælis, à Deo promanare agnoscunt: quartò, ad eundem finem invitant sancti simam personam: quintò, invitant Animam sanctissimam Cælestem quia Maternitas & donum Filii actionis naturalis dona ipsi à Deo communicata. Verum, quia hæc hæc laudum actionibus nunquam attinguntur, & semper Deus supervalet, & ampliora in infinitum perfunt, quæ laudentur & deprædicentur in Deo, invitant, & cum hoc contenti & quieti remanent in desiderio laudandi Deum.

LXXVII.

Laus Dei infinita, quò magis crescit, eò magis deficit, æstimatione & opinione Beati.

Quemadmodum enim, quo magis cognoscitur Deus, eò magis cognoscitur esse cognoscibilis, & magis cognoscitur, quàm sit cognoscibilis, & quò magis amatur, eò magis æstimatur amabilis, & minus amatur, quàm sit amabilis; ita quò magis Beatus laudatur, eò magis cognoscit eum esse laudabilem, & minus laudat, quàm sit laudabilis. Et juxta hunc sensum S. Gregorius Nazianzenus: *Quantum capere Deum tantum recedit*: quò magis anima appropinquat Deo, eò magis Deus elongatur ab ea, & exaltatur in magnitudine: juxta quem sensum loquitur Plinius: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*: ut pervenit ad centrum Dei, puta, ad beatitudinem, tunc per in Deo majorem reperiet altitudinem, quàm seipsum attingere potest; nimirum majorem abyssum penetra-
tum, quæ à Beato comprehendere non potest.

LXXVIII.

*Nazianz
antiph. 1.*

Psal. 63.

LXXVIII.

Laus Dei infinita, laus unionis.

Laus unionis ea est, qua Beati in caelo laudant Deum, unusquisque laudem suam aliorum innectit laudi. eadem suam coadunant cum laude supremorum Seraphinorum, cum laude Matris Dei, & cum laude Animae sanctissimae Christi: denique, ut satietur expleaturque eorum desiderium in laude Dei, uniant laudem suam cum ipsamet Divina laude, intrinseca, & propria Deo. hoc exemplum nobis imitandum, utque doceamur, in unione in Divinis laudibus nos occupare debeamus, sicutur S. M. Ecclesia in Sacrificio Missae: *Cum quibus nostrae voces ut admitti jubeas, deprecamur, q. d. rogamus, ut nostrae laudum voces uniantur ad gloriam Dei cum vocibus Seraphinorum, cum vocibus etiam B. Virg. Mariae, Christi Domini, & ipsiusmet Dei.*

LXXIX.

Laus Dei infinita, laus increata.

Laudant Sancti DEUM eadem increata illa laude, DEUS, contemplan- do seipsum, ab aeterno se- culum laudat & glorificat, & una persona sanctissima *Tob.* mutatis laudat ac glorificat alteram. Enimvero Deus complacet sibi, gaudetque de laude illa in- creata & aeterna Dei, ac Deum tali adaequato infini- tate modo laudari amat: & cum in tanta sibi com- placentia de laude, ea tanquam propria laudat DEUM. eodem modum laudandi DEUM docet nos Ecclesia in versiculo isto: *Gloria Patri, &c.* ubi per gloriam intelligitur gloria & laus creata, sed increata, quae erat in principio, puta, ab aeterno, & nunc & semper erit in aeternum: hacque laude semper laudetur Deus ab aeterno, & in aeternum.

D


LXXX.

*Laus Dei infinita, solum Sanctorum
praestantem.*

1. Cor.

S. Hieron.

Non hominum, sed Dei laudem aestimant & appetunt Sancti, neque ab hominibus, sed à Deo laudem summè reputant. Tunc laus erit unicuique à Deo censore & remuneratore meritorum singulorum. Ad imitationem Sanctorum consulit nobis S. Hieronymus: *Laudes hominum ne requiras: quia, tamen si facilius non curare, dum negatur; difficile nihilominus non delectari, cum offertur.*



PARADISUS.

Actio gratiarum aeterna.

*Actio gratiarum aeterna, iubilum perpetuum
Sanctorum.*

1. ai. 51.

Quemadmodum in paradiso continua Dei laudatur laudes; ita quoque continuo ibidem singularum actionum: *Gaudium & letitia in venientibus gratiarum actio & vox laudis.* In beata illa Patriarum repetitur gaudium vera letitia, verum exercitium & gratiarum actio: actio gratiarum propter Divinam beneficentiam, & laus datur propter Divinam excellentiam. Tale quoque officium à Christianis si oportet: *Vox laudis & gratiarum: vox laudis propter infinita attributa Dei, & gratiarum propter infinita beneficia à Deo accepta.*

ando semper & voce & corde : Gloria Patri, gloria
Dei, gloria Spiritui sancto : Gratias Patri, gratias Filio,
gratias Spiritui sancto.

LXXXII.

*Actio gratiarum aeterna, cum propria
annihilatione.*

Veragratitudo, inquit Albertus, est extollentia dono-
rum Dei cum annihilatione seu humilatione & depre-
ssione sui. Et hujus conditionis est gratitudo Sanctorum
in caelo: Ceciderunt in conspectu throni in facies suas, di-
centes: Amen: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gra-
tias agimus tibi. Et hanc ob causam actio gratiarum exhibita
a Pharisaeo, non fuit accepta Deo; quia ex corde
supremo, non humiliato, procedebat.

Alber. Pa-
rad. An-
c. 25.

LXXXIII.

*Actio gratiarum aeterna, in aestimatione
donorum.*

Virtus gratitudinis consistit specialiter in magna aesti-
matione & appretiatione donorum donatoris. Et haec
aestimatio & aestimatio in gradu perfectissimo est in Be-
atis. Recordantur semper & indelebilem gestant memoria
beneficiorum a liberalissima Dei manu receptorum, &
gaudent, ut in seipsis sunt, infiniti, nimirum valoris &
pretii, agnoscunt & aestimant.

2.2. q. 207.
a. 2.

LXXXIV.

*Actio gratiarum aeterna, in laude mentali
& vocali.*

Ultra aestimationem postulat insuper gratitudo re-
cognitionem laudis cum voce aut mentali, aut vocali.
Sic debito modo satisfaciunt beati illi spiritus men-
tales; at, resumptis corporibus gloriosis,
voce

2.2. q. 107.
a. 2.

voce etiam eidem correspondebunt: *Confitemini Domino, quoniam bonus: benedicimus Deo, quia est bonus: imò ipsamet bonitas. Exclamant modò mente: Confitemini Domino, quoniam bonus: voce tuac quoque conuabunt, voces iungentes affectibus.*

LXXXV.

Actio gratiarum æterna, in retributione operis.

2. 2. l. cit.

Recognitio non consistit in verbis duntaxat, sed etiam in factis: hic secundus actus est qualitatis incrementum virtutis gratitudinis. Et hunc etiam locum cum perfectione exercent Beati in cælo: etiam actus suas actiones offerunt Divinæ Majestati & Beatorum veluti ex debito tum religionis, tum gratitudinis agnoscentes Dominum tanquam Deum & Benefactorem suum: ut Deo offerunt *sua & se*, ex debito religionis: ut Benefactori offerunt pariter *sua & se*, ex debito gratitudinis.

LXXXVI.

Actio gratiarum æterna, effectus inviduus Orationis Sanctorum.

Suarez de
orat. lib. 1.
c. 11. to. 2. de
Relig.

Proprium namque Sanctorum est, semper inviduè trare id, quod absolute postulant & petunt: ac propriè hanc orationem semper comitant gratiarum actus receptis favoribus. Unde quilibet Sanctus sibi debet & appropriare potest hæc Christi verba: *Gratias Domine, quia semper exaudisti me, quando ab te rogavi te.* Ratio est, quia cognoscunt in Filii voluntatem Dei, quæ precibus eorum intercessionem illam impertitura sit gratiam. O Sancti cæli, Advocati & Patroni nostri potentissimi & efficacissimi, pro nobis, ac Divinum nobis impetrate auxilium

omptum & efficax, quo suffragante omnem mali futurus occasionem, & in via salutis bene semper operemur.

LXXXVII.

Actio gratiarum aeterna, perpetuus cultus Dei.

Cultus Dei, ait S. Augustinus, in hoc maxime consistit, ut anima ei non sit ingrata. In gratitudine spiritus & litterarum Deum praeipue consistit Dei cultus. Quia, cum 6. 11. Deo, tanquam universali Benefactori, gratias agit, eodem pariter agnoscit ut Deum & universalem Creatorem. Quapropter eo ipso, quo Sancti in caelo semper se occupant summo & beato Dei cultu, incumbunt etiam summo & beatissimo gratiarum actionis exercitio: semper laudant Deum, ut suum Creatorem, & totalem Benefactorem.

LXXXVIII.

Actio gratiarum aeterna, sacrificium laudis.

Quod est sacratius laudis sacrificium, quam in actio gratiarum? Verum laudis sacrificium est, quando contra adhibitas Deo reddimus gratias. Et haec est continua actorum occupatio, sacrificare, & offerre Deo gratiarum sacrificium: & quod purior erit haec oblatio, eo auctior erit Beati gloria. Beatus non refert S. Thomas gratias Deo duntaxat, quod sit ei gratus & acceptus; opusc. de beatitud. sed ut sua confessione gratiarumque actione Divinam amplius exaltet excellentiam, glorificet magnificentiam.

Actio gratiarum aterna, propter beneficia sibi, aliisque Sanctis concessa.

Ardeni Beatorum charitati proprium est, quod *S. Tho. l. cit.* de bono proximi, veluti de proprio. Propterea Sanctus Divinæ Beneficentiæ refert gratias pro multis donis & naturæ, & gratiæ & gloriæ non liberatim concessis, verum etiam pro illis, quæ auctoritate concessit Sanctis, & amplius, quam si iis omnibus solus tatus ac præditus esset, ut sic ad majorem Christi gloriam conservet diversitatem membrorum in eodem corpore Triumphantis Ecclesiæ.

X C.

Actio gratiarum aterna, per Christum, & in Christo.

S. Paulus *S. Th. l. cit.* *Gratias ago DEO meo per IESVM CHRISTUM* dicebat Apostolus, quia ipse est Filius DEI, in quo Pater bene complacuit. Quapropter pro DEO obsequium haud præstari potest, quod DEO Patri placentiam Filij, benevolentiam & reverentiam Filij. Et hæc est summa beatificæ gratiarum actionis, quam Sancti Deo exhibent: gratias agunt per Christum, Deo per Deum, pro gratiarum actionem ipsummet referunt Deum. Propterea Christi factio, ut probant Theologi, fuit recompensatio gratiarum actio sufficientissima pro omnibus numerabilibus etiam beneficiis à Deo nobis præstitis.

XCL.

Actio gratiarum aeterna, in Passione Christi.

Et propter S. Joannes vidit in Apocalypsi: primo, *sedentem in throno.* Secundo, in thronum & *Apoc. c. 5.* *agnos vidit Agnum stantem tanquam occisum: stantem, quia erat vivus: & tanquam occisum, propter quosque vulnera.* Unde quotiescunque sancta illa in-
 ventur & contemplatur vulnera, Deo ea in gratiarum actionem offerunt. Hoc idem in Ecclesia militante à
 ambrosio præitari docet S. M. Ecclesia, quando ait: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Psal. 115.*
 Quid Deo pro tot tantisque beneficiis referam? offeram ei in gratiarum actionem calicem beatæ Passionis
 tuæ. Ac propterea alia littera habet: *Calicem Redemptionis, Calicem Jesum: manuum, ipsummet Jesum*
calicem tuum ei offeram.

XCH.

Actio gratiarum aeterna, in Eucharistico Altaris sacrificio.

Eucharistia in græco idiomate idem significat, quod
 gratiarum actio, quia instituta fuit in hunc finem, ut
 per eam debitas Deo redderemus gratias. *Vocatur Eucharistia,*
inquit Irenæus, quia in gratiarum actionem S. Iren.
consecratur. Et hoc motivum haud deest Beatis in celo.
 Unde, secundum aliquos, id significat agere Deo gratias
 per Agnum tanquam occisum, puta, per Eucharistiam.
 Et idem docet Ecclesia: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Calicem salutatis accipiam.*
 S. d. quod id unquam compensationis loco Deo referre
 pro eo, quod tibi præstiterit, quod in numero in-
 laeum, in qualitate inestimabile est? pro sed idem
 gratiam ei offerre haud sciam, quam calicem sacrificij
 tui in Missæ.

XCIII.

*Actio gratiarum æterna, propter
Gratiam.*

*S. Aug. l. 8. Agenda sunt gratia pro Gratia recepta per Christum
contra Ad. Dominum nostrum, & per sanctissimam eius Passionem
vers. & Mortem. Quia Gratia Dei, vita æterna, per Christum
sanctissima eius merita est principium & causa vite æternæ,
paradiso perpetuas referunt gratias, agnoscunt suum bonum non à propriis meritis, sed à Gratia Christi meritis procedere.*

XCIV.

*Actio gratiarum æterna, pro malis præteritis
& pro bonis presentibus.*

Alb. Paradis. anima etiam in adversis. Et rationem reddit: Ex illius enim bonitate & charitate dat Deus utrumque. hoc non observat, ex parte Deum reprehendit, advertit S. Leo. Quapropter Sancti in cælo tantum Deo referunt gratias pro bonis æternis, quod ne facto fruuntur; sed etiam pro cunctis malis, quæ unquam in hac vita perpessi fuerunt. Et ad idem præstandum faciendumque exhortatur nos Apostolus 1. Theff. c. 5. In omnibus, etiam adversis, gratias agere, hæc est voluntas Dei.

XCV.

*Actio gratiarum æterna, in omnibus
Creaturis.*

S. Au. apud Ant. p. 6. Quia, ut ait D. Augustinus, omnia fecit Deus pro hominem, & in commodum & utilitatem hominis. tit. 5. c. 12. omnis creatura est beneficium quoddam nobis Deo

atum: ideoque in omnibus creaturis Benefactorem
 & largitorem honorum omnium laudare, ma-
 gificare, eique gratias agere tenemur. Et hoc exer-
 citium in modum peragitur à Sanctis in paradiso:
 Elementa, Cœlos, cœteraque omnia, quæ iis com-
 penduntur, ad consolationem & gloriam suam crea-
 turæ respiciunt: in omnibus benedicunt, laudant ac
 prædicant Benefactorem suum. Unde sicut per vi-
 sionem Paradisi nimirum, cantabitur Alleluja, puta,
 Deo: ita per vicos ejus cantabitur Deo gratias, &
 perpetua gratiarum actio.

S. Thom.
 to. 10.

XCVI.

*Actio gratiarum æterna, in omnibus
 momentis.*

Quia tot sunt Dei beneficia, quot sunt vita momenta: S. Anton.
 in quocumque vitæ nostræ momento Deus con- p. 4. tit. 5.
 ferret nobis beneficium conservationis, quæ est veluti c. 12.
 renovata quædam creatio. Unde merito dicebat A-
 postolus: In ipso vivimus, movemur, & sumus: Dei
 beneficio habemus vitam, motum & esse. Et hanc
 gratitudinem, qua homines merito præditi esse debent
 tempore, exhibent Beati in æternitate: semper,
 in quoque momento infinitas Domino reddunt gratias,
 quia omni momento ab omnipotentia ejus confer-
 tur in vita, & vita æterna, cum certitudine, quæ nun-
 quam eis deficere possit.

XCVII.

*Actio gratiarum æterna, pro omnibus
 beneficiis, & generalibus, specialibus,
 singularibus.*

Tria beneficiorum genera agnoscit S. Bernardus, Apud S.
 nos Deo gratos esse oportet: generalia, specia- Anton. p. 4.
 & singularia. Generalia sunt beneficia Creationis, tit. 5. c. 12.
 Redem-

D 5

Redem-

Redemptionis, Remuneracionis. Specialia sunt beneficia expectationis, qua nos Deus expectat ad gratiam, & conservacionis in qua nos conservat. Singularia illa sunt, quae cuilibet propria. Etenim illa Beati in coelesti Patria gratissima, iucundissima, que recolunt memoria: de omnibus Divinae Providentiae referunt gratias, beneficiorum ponderant multitudinem excellentiamque, & ex parte donantis, quo affectu, nimirum, ea donet, & ex parte cui ea donentur.

XCVIII.

*Actio gratiarum aeterna, cum propria
notitia.*

Albert. Pa- Ille veram gratitudinem habet, qui omnium
rad. anima se indignum sentit: & quo major est haec cognitio,
f. 25. magis gratitudo crescit. Talis est Sanctorum
gratitudo unita est cum altissima Dei donorum
existimacione, & cum humillimo, quem de se
manu, conceptu & cognitione: qua in eorum
lumine, quo gaudent, clarè vident, quid sint,
videlicet, indignissimi omni bono, quodque
eorum dignitas & meritum procedat à Deo.

XCIX.

*Actio gratiarum aeterna Deo, & omnibus
Creaturis.*

Observant, exhibentque Sancti in caelo virtutis
gratitudinis non Deo duntaxat, verum etiam
Creaturis, à quibus receperunt beneficium aliquod utilitatis
& gaudij: Deo in eis gratias agentes, quod
ut per instrumenta sua, ipsos consolentur ac
Hoc idem exercitium imitari ac frequentare debent
Viatores in terris, contemplando Deum, &
agendo in omnibus Creaturis. Unde quidam

aut ignis calefacit, non Soli, nec igni gratias
 debent, sed Deo, qui per has creaturas suas dictos
 mandandi calefaciendique causat effectus. Sicut,
 quodam Magnate seu Principe invitatus est ad
 eam, pro servitio & obsequio, quod ei exhibent
 & famuli, gratias referre debet ipsi Principi,
 non famulis, cujusque nomine famulantur;
 sed verò ipsis famulis & aulicis, qui ministrant &
 serviunt.

C.

*Actio gratiarum aeterna, in beneficiis
 Natura, Gratia, & Gloria.*

De primis Beatus gratias agit primæ Personæ Pa-
 tris: de secundis gratias agit secundæ Personæ Filij:
 de tertiis gratias agit tertiæ Personæ Spiritus sancti:
 quæ solum sunt *actiones gratiarum*, sed *adiones*,
 quæ in hac vita gratiæ solum Deo referuntur
 & voce: at Spiritus beati sunt grati Deo & voce
 & opere: quia cunctis potentiis & operationibus
 semper Deo se gratos & gratissimos
 exhibent.



CIVIS